CLEMENS PP IX

Morbio 27 (70)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Dilecte fili salm et Aplicam bend. Sincerae fidei et deuotionis affectus quem erga Nos et Romanam gerere comprobaris Ecclesiam Nos inducit ut te specialis fauore gratiae prosequamur. Cum itaque sicut Nobis nuper exponi fecisti tu qui (ut asseris) in Terra nra Lugi Ducatus nri Ferrarien ortus es ac Auditoratus officium in Tribunalibus Rotae Perusin, Lucan, Ianuen et Bononien exercuisti, ad concursum pro renouatione Auditorum Rotae Ciuitatis nrae Ferrarien a Consilio eiusdem Ciuitatis proxime facienda instituendu admitti posse plurimum desideres; Tibi vero hac in re obstet Constitutio fel. rec. Clementis PP. VIII predecoris nri super institutione Tribunalis Rotae huiusmodi emanata qua cauetur ne oriundi ex Ciuitate vel Ducatu huiusmodi in Auditores eiusdem Rotae assumantur: Nobis propterea humiliter supplicari fecisti ut tibi in praemissis opportune prouidere ut tibi in praemissis opportune prouidere et ut infra indulgere de benignitate Aplica dignaremur. Nos igitur te specialibus fauoribus et gratiis prosequi volentes et a quibusuis excois suspen et interdicti aliisque ecclicis sentiis cen et poenis a iure vel ab homine quauis occone vel causa latis si quibus quomolt innodatus existis ad effectum pntium duntaxat consequend harum serie absoluentes et absolutum fore censentes huiusmodi supplicibus inclinati, Tibi ut licet in dta Terra Lugi Ducatus Ferrarien pdti ortus sis ut ptur, nihilominus dummodo nullum aliud canonicum tibi hac in re obstet impedimentum, tuque ad id reperiaris idoneus, ad concursum pro renouatione Auditorum Rotae Ferrarien pdtae prox ime facienda instituendum ab illis ad quos spectat, seruatis aliàs seruandis admitti ac in Auditorem eiusdem Rotae pro ea vice duntaxat eligi seu assumi libere licite et valide possis et valeas, aucte Aplica tenore pntium concedimus et indulgemus. Decernentes easdem pntes litteras firmas validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere ac tibi plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios et delegatos etiam causarum Palatii Aplici Auditores iudicari et definiri debere ac irritum et inane si secus super his a quoquam quauis aucte scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstan pdta Clementis praedecoris, aliisque Constonibus et ordinationibus Aplicis ceterisque contrariis quibuscumque. Dat Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die XXX. Januarii MDCLXVIII. Pontus Nri Anno Primo

J. G. Slusius.

1668 30/I

Dilecto filio Ioanni Mariæ Borea
ferrarien seu alterius dioec I.V. Doctori

Morbio 27 (70)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1876310197-16/fragment/page=0002